

**M0016913: Explanation of plate XI, from Spiegel: Tabulae anatomicae
LXXXIIX, 1632**

Publication/Creation

1958

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/jwmkmjep>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

TABVLÆ VNDECIMÆ EXPLANATIO.

FIGVRA I.

C Apite in facie collocato, posteriorem ipsius partem exprimit, ut videlicet venarum iugularium concursus, ac earundem in sinus crassæ membrana definientes terminos, demonstrat. Eo nomine omnes quatuor sinus apertos, sanguinisque in ipsis concretum grumum representat. Adhuc ut venarum iugularium in caluariam ingressum ostendat, & vertebra partem, quam superior vena iugularis ramus superequitat, & eiusdem in sinistra parte per caluaria ossis foramen introitum, inferioris quin etiam vena ad processum styloideum situm commonstrat.

- A A Vestigia cranii Cerebrum cingentis.
- B Processus styloides in sinistra parte expressus.
- C C C Cerebrum crassæ membrana adhuc tectum.
- D D Cerebellum crassæ membrana adhuc tectum.
- E Spinalis medullæ portiuncula exigua.
- F Portio caluariæ in sinistra saltem parte relicta, ut Venæ iugularis & arteriæ carotidis in cranium per ipsam ingressus conspiciatur.
- G G Portio Vertebræ eadem de causa relicte.
- H H H Portiones Venæ iugularis & arteriæ carotidis in dextra, sinistraque parte.
- K Coniunctio vtriusque vasis, venæ inquam & arteriæ, in sinistra parte saltem assignata; at hic in dextra, demptis ossibus admodum diligenter expressa.
- L Facta iam ad literam K horum vasorum coniunctione, facto etiam aliquo circa cerebellum progressu, hic in sinus crassæ membrana Vasa illa definunt.
- M Sinus primus, siue Dexter crassæ membrana.
- N Grumus sanguinis in dicto sinu relictus.

O Secundus, siue sinister sinus crassæ membrana.

P Tertius, siue Superior sinus crassæ membrana in falce constitutus.

Q Quartus, siue Inferior crassæ membrana sinus.

R R R R Area in medio harum literarum sita, Torcular Anatomicis dicitur.

S S Arteriarum Carotidum sursum ascendentium portiones.

T T Palatum cum dentibus.

V Columella.

X X Cavitas ad columellam sita.

Y Y Foramina in narium amplitudinem ex palato definientia.

FIGVRA II.

C Apite undique, ab ossibus liberato, Cerebelloque à posteriore, & naturali sua sede ad anteriora retracto, anteriore verò parte eleuata, dictorum sinuum in tenuem membranam propagines demonstrantur, sinistraque cerebri parte resecta, ventriculus sinister, ex dictis anterioribus, spectandus offertur.

A A a a Cerebellum ad anteriora detractum, cuius partes laterales & globosæ literis A A insigniuntur; at media, & Vermiformes processus, aa.

B B Pars cerebri tenui membrana tecti.

C Pars cerebri glabra, vestigium resectæ suæ portiones obtinens.

D D Ventriculus sinister, in quo plexus choroideus continetur.

E E E Tria corpuscula, Nates, Testes, & Glandula pinealis.

F F F F F Membrana crassa Cerebri, vario modo secundum propagines sinuum ipsius incisa, & ad latera, ut sinus euidentiores sint, reuoluta.

G Vasa per cerebrum excurrentia.